UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiæ

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XII. Veritas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-80071

Visual Library

Unde veriſimilitudo dicitur cognata naturæ, Oldrad. conſ. 13. Cum quæſtio, in fine. Bald. d. conſil. 180. lib. 3. Cravett. conſ. 28. & conſ. 61. in fin. num. 9. & conſ. 269. n. 4. & conſil. 363. n. 26. ubi n. ſeq. ſubdit, quod obtineat ſecundum locum, primò mens, ſecundò veriſimilitudo, Franc. Becc. conſ. 101. n. 46. Rimin. jun. conſ. 362. n. 18. Pedem. deciſ. 170. num. 8. & ſeq. [Oldrad. conſ. 13. quos refert & ſequitur Cravett. conſ. 292. num. 6.

Habetur pro lege, & veritate, ita ut habens veriſimile pro ſe, dicatur habere caſum legis. [gl. in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. Cravett. conſ. 85. n. 24. & conſ. 135. n. 33. Nicol. Everhard. in loc. legal. loc. à veriſimili. Tiraquell. in præfat. l. ſi unquam n. 37. C. de revocand. donat. Joſeph. Maſcard. de probat. concl. 1042. num. 7. vol. 3. Dec. conſ. 8. num. 13. vol. 2. Menoch. conſ. 210. num. 40. lib. 3. Burſat. conſ. 368. n. 37. lib. 4. Vult. 3. conſ. Marp. 18. n. 109.] Rimin. jun. d. conſ. 362. num. 18. Cravett. conſ. 61. n. 9. conſ. 287. Cum Dominus. n. 23. Franc. Becc. conſil. 101. n. 46. Stephan. Grat. diſcept. forenſ. tom. 5. c. 878. n. 16. latè Caſtil. controv. lib. 5. p. 2. c. 63. per tot.

Et è contrà, non veriſimile habet imaginem falſitatis. [l. milites 8. §. oportet 1. C. de quæſt. c. quia veriſimile 10. de præſumpt. Alexand. conſ. 17. vol. 2. Grammat. conſ. crim. 9. n. 3. Cephal. conſ. 85. n. 38. & conſ. 738. n. 21. & conſ. 709. n. 30. lib. 5. Decian. conſ. 18. n. 119. vol. 1. Menoch. conſ. 230. n. 89. & conſ. 248. n. 21. lib. 3. & conſ. 375. n. 23. lib. 4. Conſ. Arg. 1. conſ. 31. n. 15.] Bald. in l. 1. col. 3. C. de ſervis fugit. Grammat. deciſ. 28. in princ. Socin. conſ. 149. n. 8. lib. 1. Cravett. d. conſ. 61. num. 9. Quia veriſimile quod non eſt, præſumitur falſum, Tiraq. in l. ſi unquam, in princ. n. 40. C. de revocand. donat. Menoch. conſ. 1. n. 258. & conſ. 2. n. 300. & conſ. 28. num. 25. & conſ. 188. num. 11. & conſ. 199. n. 12. & de arbitr. lib. 2. caſu 85. Maſcard. de probat. concl. 740. n. 25. & concl. 1364. n. 4. Surd. de aliment. tit. 8. quæſt. 12. n. 24. Joſeph. de Ruſticis in proœm. ad l. cum avus, c. 2. num. 3. ff. de condit. & demonſtr. Caſſanat. conſ. 39. num. 60. & conſ. 55. n. 43. Et ideo nec credendùm, ex Rimin. jun. conſ. 362. n. 15. & 16. imò nec attendi debet, l. fin. in princ. ff. quod metus cauſ. c. quia veriſimile, 10. de præſumpt. [l. Titia cum Teſtamento 34. qui invita. 5. ibi: non eſt veriſimile ff. de leg. 2. Dec. in c. propoſuiſti num. 16. verſ. ſed ad hoc reſpondetur. de probat. Ancharan. conſ. 330. col. 4. & conſ. 257. col. fin. Cravett. conſ. 281. n. 5. Cephal. conſ. 721. n. 48. lib. 5. Dec. conſ. 8. n. 12. vol. 2. Pariſ. conſ. 13. n. 9. vol. 3. & conſ. 8. n. 7. vol. 4. neque etiam eſt conſiderabile. Ruin. conſ. 1. num. 2. in fin. vol. 2. Vult. 8. conſ. 21. num. 230. Quare teſtes deponentes non veriſimilia, præſumuntur falſi, Dec. conſ. 94. col. 2. in fin. ſeu ſaltem de falſo ſuſpecti, Abb. in d. cap. quia veriſimile. in fin. de præſumpt. Gramm. deciſ. 103. n. 78. Cravett. conſ. 171. n. 6. [Marſil. conſil. 31. bonorum omnium. n. 27. verſ. quin imò. vol. 1. Pacian. conſ. 66. n. 17. cum ſeq. ubi & ſcripturam & omne inſtrumentum, quod non veriſimilia continet, pro ſuſpecto haberi, ex Tiraq. in l. ſi unquam. in pr. num. 40. verſ. quod quidem. C. de revoc. donat. probat Grammat. conſil. 28. aſſertum vol. 1.] ac proinde illis, ex juſta cauſa, minimè credendum, conſil. 107. num. 70. lib. 1. Curt. jun. conſ. 17. num. 6. Cravett. conſ. 134. n. 137. & conſ. 171. num. 6. [atque ſic interpretatio non veriſimilis, aut quæ veriſimilitudini repugnat, fugienda. c. inſpicimus. 45. de R. I. in 6. Roman. conſ. 445. Cephal. conſ. 149. n. 16. lib. 1. unde etiam nec judex tenetur talem exceptionem, quæ non eſt veriſimilis, admittere, niſi reus expreſſerit cauſam in ſpecie, ex qua veriſimilis reddatur. Anton. de Butr. in c. ſuper hoc. col. 2. & 3. ibiq; Innocent. per ill. text. de renunciat. ſicuti nec probationem. Imola in cap. quia veriſimile. de præſumpt. Ancharan. conſ. 257.

CAP. XII.
Veritas.

Axioma I.

Veritas facti hominum voluntate immutari nequit, l. 8. ibi: veritatem ſpectamus non quod quisq; finxit. ff. de Caſtrenſ. pecul. l. 12. §. facti. ff. de captivis & poſtlim. l. 13. C. de Collat. Bocer. de feud. inveſtit. cap. 5. num. 40. uti etiam nec horum denominatione. Tiraquell. de retract. conſang. §. 32. gloſſ. 1. n. 34. & §. 1. gl. 14. & num. 87. Farin. 1. conſ. 15. n. 33. Bonifac. de inſtrument. in epiſt. ad lector.

II.

Veritas aliunde exquiri non poteſt, l. parentes. 6. in gloſſ. fin. C. de teſtib. cap. conſangvinei in verb. parentes 3. quæſt. 5. cap. inſinuante 25. verb. familiarem c. R. Canonic. 35. verb. cum ſint cives ſocii. de off. deleg. c. literas 14. verb. de fratre extr. de præſumpt. Marſil. in l. 1. §. ad quæſtionem. n. 8. ff. de quæſtion. Socin. conſ. 29. num. 12. volum. 2. & conſ. 28. n. 8. volum. 2. Volckman. p. 3. de art. Notar. c. 7. n. 10.

III.

Veritas rei patens & manifeſta adminiculis non eget, l. 1. C. ſi minor ab hered. abſtineat. Pantſchman. part. 1. quæſt. 4. n. 21. neque ea per noſtrum affirmare vel negare immutari poteſt,

l. cum falſa. 5. C. de jur. & fact. ignor. Vult. 3. Conſ. Marp. 30. n. 74.

IV.

De veritate dicenda ubi agitur, licentia ſuperioris non eſt in conſideratione, gloſſ. in c. 1. de juram. calumn. quam poſt Abbat. ibid. in 4. & 5. colum. ſequitur Felin. in cap. nuncius colum. fin. de teſtib. Ludov. Gomez. ad §. pœnales. Inſt. de act. num. 7.

V.

Veritate ſublata, res ipſa tollitur, l. ſi ex pretio 6. ibi: ſimulatis pro infectis. C. ſi cert. petatur. l. 2. ibi: ſimulatæ veritatis. C. plus valer. quod agitur. Hœnon. ad l. 16. de diverſ. Reg. jur. diſp. 4.

VI.

Veritate & fictione concurrente ſemper veritas attendi debet, l. ſi filio. 32. ubi Bart. de liber. & poſth. Bald. in l. 3. col. 2. C. de hered. inſtit. Ludov. Gomez. ad §. ſed iſtæ Inſt. de action. num. 16. Veritatem enim ſpectamus, non quod quis finxit, l. ſi forte 8. ff. de Caſtr. pecul. Exempla vid. in l. 77. de furt.

VII.

Veritas facti potius attendi debet, quam forma procedendi, Anton. Faber C. ſuo de ſentent. & interloc. defin. 13. n. 8. aut figura verborum, d. l. ſi forte 8. de pecul. Caſtr. l. 13. C. de collat. Mynſ. 4. obſ. 84. n. 1.

VIII.

Veritas rerum erroribus non vitiatur, l. 6. §. 1. de offic. præſid. l. 6. C. ſi cert. petat. Exempl. vid. in l. 1. C. de contr. ſtipulat. Phil. Matth. ad l. 92. de reg. jur. quia vero nihil verius, aut recto rectius, Senec. Epiſt. 66. & lib. 2. natur. quæſt. 34. & veritas geſtorum ſermonibus prævalet, c. cum inter 13. extr. de ſent. & rejud. ac proinde majores vires habet, quam ſcriptura, l. 10. C. de donat. cum veritati omnia cedant, can. veritati diſt. 8. etiam veriſimilia, quæ tantum ſunt ſimilia vero, Bald. 3. conſ. 61. vide de veritatis & exiſtimationis ſeu veriſimilitudinis oppoſitione text. in l. 3. C. de L. Falcid.

IX.

Veritas & ratio ſemper excludit conſuetudinem, c. veritate 4. c. qui contempta. 6. diſt. 8. Veritati enim omnino eſt poſtponenda conſuetudo quælibet, licet vetuſta & vulgata, c. ſi conſuetudinem 5. diſt. 8. cum ea veritatem impedire non debeat, quo valeat & vincat, c. conſuetudo 8. diſt. 8. ac proinde abſque veritate vetuſtas erroris dicitur, d. c. 8. diſt. 8. qua de cauſa cum veritas conſuetudini ſuffragatur, nihil firmius oportet retineri, c. fruſtra. 7. d. diſt.

X.

Veritas ſæpius exagitata, magis ſplendeſcit in luce, c. grave 35. q. 9. licet enim cum minimè defenditur, opprimatur, c. error diſt. 83. ea tamen occultari non poteſt, l. ſi quis. 23 quæſt. 1. ſed libere prædicanda, c. nolite timere. in med. 11. quæſt. 3. noſtrum ergo eſt veritatem proſequi, extravag. ſedes. in princ. de conceſſ. præbend. extravag. Com. unic. in princ. de offic. deleg. cum non modo melius ſit propter veritatem pati ſupplicium, quam pro adulatione beneficium conſequi, c. nemo peritorum. cauſ. 11. quæſt. 3. verum etiam qui non eam defendit, prout defendere convenit, proditor ſit veritatis c. nolite timere. cauſ. 11. quæſt. 3. ac proinde dum celat, graviſſime peccet, c. 1. extr. de crim. falſ.

XI.

Veritas diligenter perſcrutanda eſt, c. ſi quid cauſ. 15. quæſt. 7. c. ſi quid. 23. diſtinct. 86. ac acerrima indagine eruenda, l. ubi 22. C. ad L. Cornel. de falſ. & quidem per illos, de quibus magis veriſimile eſt, quod eam ſcire debeant, c. ult. extr. de offic. Archidiacon. ac proinde veritatem, quam ſciunt, plenè debent dicere, qui examinantur in inquiſitione & nullum falſum commiſcere, cap. cum P. Monconella. 10. extr. de accuſat.

XII.

Veritati non debet præjudicare falſitas, c. quoniam 11. extr. de probat. unde etiam illis, qui veritatis fidem abjecerunt, credendum non eſt, c. non poteſt. 2. quæſt. 7.

XIII.

Veritas ſenſus plerumque amittitur, dum proprietas verborum attenditur, c. propterea 8. de V. S.

XIV.

Veritatis cuſtodia magis ſit cordi in judicando quam voluntatis obedientia, c. judicet in fin. 3. quæſt. 7. licet enim eam tria ſoleant impedire, videlicet carnalis amor, timor, avaritia, c. accuſatores vel teſtes. 3. quæſt. 5. c. Epiſcopus. 35. quæſt. 6. ea tamen odio, gratia, timore ſupprimi non debet, c. cæterum 6. extr. de teſtib. ſicut nec ideo relinquenda, ut arrogantia caveatur, c. non item 22 qu. 2. neque etiam dimittenda propter ſcandalum, c. magnæ 7. extr. de vot. & vot. redem. cum veritas collationibus aperiatur, extravag. quia §. nos autem de V. S.

XV.

Veritas donec appareat, tamdiu actio ventiletur, c. judicantem. 36. q. 5.

XVI.

Veritas ſi non mutetur & eadem dicantur, non refert diverſitas narrandi, c. dudum 20. de conſervat. conjug.

XVII.

In ore duorum vel trium conſiſtit omnis veritas l. ubi numerus. 12. ff. de teſtib. c. admonete 3. q. 2. c. licet ex quadam. 47. de teſtib. l. fin. C. famil. herciſc. Innocent. in c. ſicut. de ſimon. Mynſ. 3. obſ. 76. Vult. 3. conſ. Marp. 15. n. 96.

XVIII.

Veritas ſæpius examinata magis eluceſcit, cap. [illegible] de 7. 36. quæſt. 9. cap. inter dilectos, 6. de fide inſtrument. Roland. conſ. 6. n. 2. volum. 1. & conſ. 66. n. 1. vol. 2. & conſ. 13. n. 1. vol. 3. conſ. 24. n. 1. & conſ. 50. n. 1. eod. volum. 3. Cravett. conſ. 135. n. 18. Flamin. Pariſ. de reſign. benefic. lib. 11. quæſt. 11. num. 3. Hier. Giach. conſ. Syndicatus, n. 265. cum ſeqq. Bobadil. in ſua polit. lib. 1. c. 10. n. 1. Fr. Didacus Murillo en la fundation milagroſa de la capilla Angelica del Pilar. cap. 5. in princ. pag. mihi 31. nam veritas

diſpu-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

diſputanda invenitur, *l. munerum. 18. §. fin. ff. de muner. & honorib.* Card. Tuſch. *tom. 2. lit. D. concl. 507. n. 1.* [*c. grave 35. quæſt. 9.* fieri enim poteſt, ut lateat veritas tot oculis ſpectata, totque inſinuata ſenſibus, ut in ſimili ait Juſtinian. *in l. hac conſultiſſima 8. in fin. C. qui teſtam. fac. poſſ.* Pacian. *conſ. 81. n. 1.* Roland. à Vall. *conſ. 6. n. 2. vol. 1. & conſ. 66. n. 1. vol. 2.* quanto itaq; magis conteritur & oppugnatur, tanto clarior expulſis nebulis in lucem progreditur, ſicuti aromata magis redolent, quanto magis conteruntur, ut exorditur Caſtr. *conſ. 23. vol. 1. quem ſequitur* Cravett. *conſ. 135. n. 18.*]

XIX.

Veritati ſemper adhærendum eſt, quia amicus Socrates, ſed magis amica veritas, de quo plura tradit Probus *in addit. ad Joann. Monach. in cap. nemo deinceps n. 77. cum ſeqq. de elect. lib. 6.* & Menoch. *conſ. 112. n. 17.* [add. Ariſtot. *1. Eth. c. 6. l. 3. §. ſi quis quaſi 6. de condict. cauſ. dat.* & magnus eſt Cæſar [vel eximius quidem jure conſultus eſt Azo magnæque autoritatis & communis opinio] ſed major interim veritas. Thomas Grammatic. *volum. 32. n. 10.* Bald. *in l. Æmilius de minor.* Hartman. Piſtor. *1. quæſt. 30. n. 37.* [Et ideo ſuper omnia amanda, & ſequenda, *l. ſi ita legatum. ff. de condit. & demonſtr.* Flamin. Pariſ. *de confident. quæſt. 65. num. 13.* Card. Tuſch. *pract. concl. tom. 8. lit. V. concluſ. 165.* ac etiam attendenda ſemper eſt, quia ad hoc inventa ſunt jura, ut verum à falſo, æquum ab iniquo diſcernatur, *l. 1. ff. de juſt. & jur.* Butr. *conſ. 27. numer. 2.* Flamin. Pariſ. *d. tract. de confident. quæſt. 46. n. 61.* Card. Tuſch. *d. lit. V. concluſ. 166.*

XX.

Veritas prævalet exiſtimationi, ſeu opinioni, & plus valet, quod in veritate, quam quod in opinione conſiſtit, *l. regula 9. §. qui ignoravit, 4. ff. de jur. & fact. ignorant. l. 4. §. quoties, 1. ff. de manumiſſ. vindict. l. 2. §. ſi pupillo. 15.* ibi: *ut his plus ſit in veritate, quam in exiſtimatione mentis. ff. pro emptor. §. ſi quis rem ſuam. 11. Inſt. de legat* [*c. nuper 4. extr. de bigam. non ordin. c. cum 18. extr. de re judic. c. per tuas 12. qui fil. ſint legitimi.*] Menoch. *de præſumpt. lib. 1. quæſt. 31. num. 4.* Brunor. à Sole *in loc. communib. verb. veritas. n. 45.* Mendez à Caſtro *in prax. Luſitan. lib. 2. c. 3. n 19.* [Declarant quidem Dd. hoc brocardicum, ut procedat in his, quæ in ſolo animo non conſiſtunt, ſed in facto, prout ſunt legata, in quibus factum requiritur: non vero obtineat, quando verſamur in illis, quæ in ſolo animo conſiſtunt, ut eſt aditio hereditatis, quæ ſolo etiam animo fieri poteſt, & tunc magis inſpici opinionem, quàm veritatem, patet *ex l. is qui putat 15. ff. de acquir. hered.* ibidemque Roman. Mynſ. *in d. §. ſi quis rem ſuam. ibiq.* Borcholt. Johan. Baptiſt. Scurus *in fin.* Giphan. *Inſtit. de legat.* Theodor. Straithman. *in ſuis antinom. leg. civil. contrar. 27.* Bellon. *contr. 22.* quam diſtinctionem tamen (licet communiter receptam) pati aliquam difficultatem, advertit Nicol. de Paſſerib. *in conciliat. Legum. ad l. is qui putat 15. ff. de acquir. hered. pag. mihi 459.* qua de cauſa Bachov. *ad §. ſi quis rem ſuam. Inſt. de legat.* arbitratur regulam certam dari non poſſe: ſed pro diverſitate caſuum aliter atque aliter conſtituendum eſſe, vid. hac de re Pac. *5. qv. 95.* quin imo falſo Ulpiano adſcribi, quod *in d. l. is qui putat. ff. de acquir. hæred.* regula conſtituatur, plus videlicet eſſe in opinione quam in veritate, cum dictum illud duntaxat referatur ad caſum illius Legis, obſervavit Ferand. Adducus, ubi elegantiſſimè reſolutis etiam quibusdam contrariis demonſtrat, *lib. 1. ſuar. juris explicationum. ad d. l. is qui putat. ff. de acquir. hered.*

XXI.

Veritas eſt baſis, fundamentum, ſeu mater juſtitiæ, Gig. *conſ. 2. num. 6. cum ſeqq.* Bald. *conſ. 343. colum. penult. lib. 1.* Roland. *conſ. 47. num. 11. vol. 3. & conſ. 88. numer. 2. eodem volumine. & conſil. 32. num. 34. & conſil. 46. num. 3. vol. 4.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rer. fori Eccleſiaſt. deciſ. 234. num. 6. in 2. edit.* [res ſolidiſſima murusque inexpugnabilis, Afflict. *deciſ. 235. num. 7.* vincens omnia, *3. Esdr. c. 4. c. veritate & ſeq. diſtinct. 8.* Roland. à Valle *conſil. 5. num. 19. conſ. 33. num. 41. lib. 4.* Bald. *in l. eos. C. de teſtib.* & plura congerit Card. Pariſ. *conſil. 54. num. 19.* Socin. *conſ. 201. col. 1. inter Conſil. Curt. ſenior. 260.* de quibus meminit Oſaſch. *deciſ. 30. num. 1. mater juſtitiæ.* Bald. *in l. libertinis ff. de ſtatu hom.* Hier. Giach. *de ſyndicat. conſ. 1. n. 276.* cum maneat & invaleſcat in æternum, & vivat ac obtineat in ſecula ſeculorum, *c. pen. diſt. 8.* ſuperat enim omnes præſumptiones, *l. in rebus 30. C. de jure dot.* Socin. *conſ. 164. viſa bulla num. 11. verſ. ſed ad hanc objectionem. volum. 2.* Pacian. *conſ. 52. num. 49.* cum, teſte Iſidoro *de ſummo bono*, magna ſit vis veritatis, quæ omnia ingenia, aſtutias & calliditates ſuperat, quæ contra facta ſimulataq; figmenta ſe ipſam defen-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dit, quæ denique poſt Deum eſt colenda. Vult. *3. conſ. Marp. 21. n. 1.* atque hanc ob cauſam dici ſolet, quod judex omnibus modis laborare debeat, ut veritatem inquirat & inveniat, *l. is apud. 2. ubi Dd. C. de edend. l. unic. in fin. C. de dedit. libert. toll. Auth. qui ſemel C. quomodo & quando Judex.* Roland. à Valle *conſ. 32. num. 39. vol. 4.* imò eam juvare, &, quantum in ipſo eſt, in lucem producere per *l. illicitas 6. §. veritas 1. ff. de offic. Præſidis* probat Bald. *conſ. 406. in fin. vol. 1.* totisque etiam viribus ſequi, addunt Laurent. de Pinu *conſil. 34. n. 5. & conſ. 67. n. 1.* Riminald. jun. *conſil. 15. n. 50. & conſ. 77. n. 43. vol. 1.* Cephal. *conſ. 569. numer. 7. vol. 4.* Corn. *conſ. 189. in fin. vol. 4.* Unde & hujus ſectatores DEO placere, refert *Gloſſ. in l. puniri C. ſi contra jus vel util. publ.* ſiquidem veritas eſt judicis oculus juxta Viv. *deciſ. 189. in fin.* cui pro poſſe debet adhærere, quam occultare, peccatum eſſe mortale dicitur *c. 1. de crimin. falſ. c. quisquis 80. 11. quæſt. 3.* Panorm. *c. 1. de teſtib. cog. gloſſ. in cap. dilectorum verb. criminibus. eod.* Vult. *3. conſ. Marpurg. 29. numer. 81.* Volckman. *p. 3. de art. Notar. cap. 27.* Carpzov. *de proceſſ. tit. 13. artic. 6. n. 32.* iram itaque Dei ſuper ſe provocat, qui veritatem opprimi proſpiciens, eam pro viribus non defendit, *d. c. quisquis 80. 11. q. 3.* non ſolum enim eſt proditor veritatis, qui transgrediens veritatem, & palàm pro veritate mendacium loquitur, ſed etiam ille, qui non liberè veritatem defendit, quam libere defendere convenit, *c. nolite 86. 11. q. 3.* Hinc propter perſecutionem futuram Dd. abſtinere ab enunciatione veritatis non debent, *c. ſi Rector. 1. c. ſcimus. 2. diſt. 43.* Catald. de Boncomp. *in tract. de poteſt. Pap. n. 1. & 2.* & de veritate pro viribus defendenda multa congeſſit Nevizan. *in ſylv. Nupt. lib. 5. num. 112. usq; ad n. 119. & concl. 34. n. 6.* add. Phil. Port. *conſil. 162. n. 58.* Dec. *conſ. 151. in princ.* Socin. jun. *conſ. 76. n. 1. & conſ. 127. n. 1. lib. 1. conſ. 41. n. 1. 2. & 3. & conſ. 134. n. 1. & 2. lib. 3.* Ludov. Zundt. *in reſp. pro Uxor. n. 39.* ac proinde etiam facilius ſuſtinentur illa, quæ ab initio partem licet modicam veri habuerint, quam ſi prorſus inania & nulla fuerunt, *arg. l. 76. de legat. 2. ſi quis donationis 38. ff. de contrah. empt.* Langenbeck. *in annotat. leg. cap. 3. in fin.*] ac proinde ſemper illa prævalet, eiq; cedunt omnia, Roland. *conſ. 11. n. 2. & 3. l. 3.* Menoch. *de præſumpt. l. 1. quæſt. 31. n. 4.* & omnia vincit, *cap. veritate, 4. 8. diſt.* Roland. *conſ. 5. n. 19. & conſ. 33. n. 41. lib. 4.*

CAP. XIII.

Veſtis.

Veſtes non ornandi, ſed tegendi corporis cauſa ſunt comparatæ, *l. quamvis 26. de aur. legat. ibique* Weſenb. *n. 3.*

CAP. XIV.

Vetera, Vetuſtas. *vide* Antiquum.

Axioma I.

Vetera novis ſunt præferenda, *l. pen. de vacat. & excuſ. muner.* ita etiam veteris juris auctores imo & Dd. præ modernis laudat Ant. Teſſaur. *deciſ. Pedemont. 184. n. 7.* Auctores enim moderni non ita accurate cernunt, inquit *text. 1. Feud. 7.* Joh. Petr. Surd. *in præfat. vol. 1.* E. contrariò Beza *in epiſt. dedicat. verſionis Nov. Teſt. Anno 1537.* ſcribit hanc ætatem multo clariores ac doctiores tuliſſe interpretes, quam antea unquam, repetita usque ab Apoſtolorum temporibus memoriâ Eccleſia, *verſ. hæc me igitur cauſa.* Laurent. Vall. *lib. 2. Elegant. præf.* ex Priſciano (cujus verba ſunt hæc: Auctores (Grammatices) quanto ſunt juniores, tanto perſpicaciores & ingeniis floruiſſe & diligẽtia valuiſſe, omnium eruditiſſimorum judicio confirmatur) ait Vetuſtiſſimos quosque (artis Grammaticæ) maxime erraſſe; recentiſſimos verò & ingenio & diligentia longe prævaluiſſe, cujus loci etiam meminit Alphonſ. Salmeron. *diſp. 51. ſuper cap. 5. epiſt. ad Rom. p. 468.* & alii Jeſuitæ, quos taxant Theologi Saxon. in der Haupt-verth. *c. 25. f.* vid. judicium Carpzov. *6. reſp. 70. n. 6.*

II.

Vetuſtas vim Legis conſtitutæ & conventæ obtinet, quam quisque rei ſuæ dicere poteſt, *l. 20. de pact. dotal. l. 1. §. fin. ff. de aq. pluv. arcend.* Weſenb. *in parat. ff. de ſervit. numer. 5. p. 510.* Honthem. *lib. 3. c. 5. de arte Notar. num. 24.* Gail. *2. Obſ. 68. num. 2.* Conſ. Argent. *1. conſil. 2. num. 191.* ubi dicitur vetuſtatem ſemper pro Lege haberi, eamque ſolennem eſſe. Eſt enim ea optima Legum interpres *l. 17. ff. de LL.* Concennat. *quæſt. 1. lib. 4. num. 2.* Unde vetuſtatem temporis, cujus initii non extat memoria, tantum poſſe quantum Imperatorem cum cauſa, dixit Andr. de Iſern. *in tit. quæ ſunt regal. in verb. flumina navigabilia. col. 2. verſ. item ducere aquam. de flumin.* quem allegat Regner. Sixtin. *3. conſ. Marpurg. 11. numer. 32.* imo tantam eſſe ejus poteſtatem, ut poſſit jus quæſitum auferre, adeoque prorſus quod Legibus eſt conſtitutum remittere & abrogare, Bart. & Raphael. Fulgoſ. *in l. fin. col. 1. verſ. aut vult mihi auferre. C. ſi contra jus vel util. public.* Bart. *in l. verberatum §. 1. ff. de rei vindic.* Anton. de Butr. *in c. quæ in Eccleſiarum. verſ. ſi quæratur an poſſit ſtatuere de Conſtit.* ubi Imol. Johann. Andr. Cardin. Felin. Bald. *in l. fin. verſ. ſed immediatè oppono. C. ſent. reſcind. non poſſ.* Cyn. *in l. reſcripto circ. fin. C. de precib.*

Imp.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN